Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



sylogismos, eos, quorum locos diximus. Qui autem sunt, qui
pmiter de iustis physicis, similibus, et de multis specie differ-
entibus sunt, sicut maiores et minoris locus. Non enim
magis ex hoc ratiocinari uel enthymema inferre poterimus
de iustis aut physicis, qm de quo quique alio, quamuis licet specie
differant. Propria uero quecumque ex his sunt, que circa
unamquamque speciem ac genus ypothesium sunt. Sunt
enim ypothesis de physicis, ex quibus nec enthymema nec
sylogismus de moralibus est. De his etiam alie, ex quibus
non erit de physicis. eodemque modo de ceteris. Et illa qui-
dem nullo in genere facient prudentem, cum non circa
subiectum ullum. Ex his uero si diligentius quisque ypothesis
diligat, faciet ignorans aliam quam dialeticam ac re-
thoricam scientia. Nam si principia forte habebit, non
amplius rethorica uel dialetica, sed illa erit cuius principia
possidebit. Enthymematum autem plurima ex his
generibus emanant, que particularium sunt, atque propri-
orum, ex communibus uero pauciora. Quemadmodum
ergo in topicis, sic et etiam hic enthymematum species ac
loci, ex quibus sumendum est, distribuendi sunt. Loco autem
species, proprias unusquisque generis ypothesis, locos uero,
qui communiter omnibus atque similiter. Primum igitur de speb
dicemus, si prius genera rethorice cognouerimus, ut cum
distribuerimus quot sint, eorum elementa ypothesis quoque seor-
sum inuestigemus.

+ sunt.

Capitulum tertium de tribus generibus ciuisarum
et finibus ipsorum 2d.

Quoniam igitur tria sunt auditorum genera, tria
quoque numero rethorice genera sunt. Nam cum ex tri-
bus oratio constituatur, ex eo qui dicit, de quo dicit
et ad quem, ad est auditorem penes quem etiam finis est,
quem necesse est aut spectatorem esse aut iudicem,
et iudicem aut preteritorum aut futurorum, qui de futuris